

Quam si vos adolescentiae meae compatientes enarrare dignati fueritis, quem semper usque nunc coacticum, abhinc servum me habebitis voluntarium etc.

Notkerus.

- 5 Si metrica modulatione illam postea decantaturum te promiseris, in quantum Deo adiuvante potero, iam nunc eam perorare curabo.

Hartmannus.

- 10 Paratus sum et non sum turbatus . . . Vestrum est velle et precipere, meum consentire vel etiam oboedire.

* * *

Stant lupi mites cum hedis nec bidentes devorant,
Milvus et pulli sub uno conquiescunt culmine.

Non aratro, non celindro, non honos est horreo;
Torcular suetum Falerno nunc madescit fluctibus;

- 15 Luminis fotum vel oris cana non fert Tuscia.
Non Saba Engaddive sucos effluebant balsami,
Eudaemon nec thura stillat, bdellion nec India.

Walahfrid 303, 17 Coepit igitur (Gallus) verbum facere de initio creaturarum et Adae peccatum, pro quo depulsus est paradyso, commemorare. Transiens inde ad diluvium, patriarcharum consequenter tempora perstrinxit et actus. Egressum quoque filiorum Israhel de Aegypto et transitum per mare rubrum legisque lationem per Moysen et caelestis alimenti miracula replicavit. Regum deinde successiones et tempora prophetarum breviter attingens adventus dominici tempus retexuit. Baptismum etiam salvatoris et mirabilium eius gloriam commemorans crucis ignominiam cum impiis insectationum generibus veraci relatione subiunxit. Von dieser metrischen Erzählung Hartmanns sind nur wenige Verse erhalten, die v. Winterfeld verständlich gemacht hat. Die ersten 10 handeln von der Sintflut. Gen. 7, 8 ff. v. 3 'celindro' ist die Walze, ein Ackergerät. v. 5 bleibt unklar. 'fotum' ist aus 'votum' korrigiert; da es mit 'luminis' verbunden ist, möchte ich lieber 'focum' schreiben. Ferner ist vielleicht 'oris cana' zu verbinden, aber was ist das? Und was 'Tuscia' in diesem Zusammenhang? Ich zweifle nicht, dass hier eine Verderbnis vorliegt. v. 6 'Engaddi' vgl. Cant. cant. 1, 13 (Ionae vita Columbæ, SS. rer. Merov. 63, 20). Zu 'Saba' und 'Eudaemon' vgl. Isidor Etym. XIV, 3, 15, zu 'bdellion nec India' Isid. Et. XVII, 8, 6. — Hinter v. 7 ist in der Hs. ein Spatium.